Omnium verò iuſtiſſimè hoc facerent, qui virtute præcellunt: qui tamen minimè omnium id faciunt. nam hi ſimpliciter rationabile eſt vt ſoli præferantur. Sunt autem quidam, qui præſtantes genere, plus habere ſe dignos putant. Videntur nobiles eſſe illi, quorum maiores virtute & diuitiis præditi fuere. hinc principia & fontes, vt ita dixerim, ſeditionum oriuntur. Quapropter mutationes meritò fiunt, quandoque ex præſenti ſtatu ad alium: ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiam, vel ad popularem ex paucis, vel ad rempublicam & optimatem ex illis, vel ad illas ex iſtis. quandoque præſentem gubernandi formam non quærunt mutare, ſed in ea permanentes, pro ſe illam ſuſcipiunt, vt paucorum potentiam vel monarchiam. Inſuper circa magis & minus: ceu vel paucorum potentiam exiſtentem magis extendere vel coercere, vel popularem ſtatum ampliare vel reſtringere. Eodémque modo de aliis ſpeciebus ampliandis vel reſtringendis, vel in parte aliqua reipublicæ mouenda, ceu magiſtratum quendam de nouo inducere, vel remouere. vt apud Lacedæmonios ferunt Lyſandrum tentaſſe regiam poteſtatem tollere, & Pauſaniam regem Ephoros. & Epidamni mutata eſt reſpublica, parte: cùm pro tribuum præfectis, ſenatores creauerunt. Apud Elienſes verò neceſſarium eſt illorum etiam, qui verſantur in republica dignitates inuadere, quando creatur magiſtratus aliquis. Paucorum autem potentiæ erat in hac republica, quòd vnus ſolus ad magiſtratum ſumebatur. Vbique enim propter inæqualitatem oritur ſeditio: diſparibus tamen non exiſtit proportio. perpetua enim poteſtas regia iniqua foret, ſi eſſet in paribus. omnino enim quærentes æquum in ſeditiones incidunt. At enim duplex eſt æquum: vnum numero, alterum dignitate. numero quidem, ceu multitudine ac magnitudine idem, & æquum: dignitate autem dico, id quod eſt ſecundum rationem. ceu tria excedunt duo ſecundum æqualem numerum, & hæc vnum. dico autem quatuor excedere duo, & hæc vnum: æqua enim pars duo. ex quatuor, & vnum duorum: ambo enim medietates. Fatentes autem ſimpliciter eſſe iuſtum id, quod eſt ſecundum dignitatem, contendunt, vt prius dictum eſt.

A πάντων δὲ δικαιότατα μὲν ἂν στασιάζοιεν, ἥκιστα δὲ τοῦτο πράττουσιν οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες· μάλιστα γὰρ εὔλογον ἀνίσους ἁπλῶς εἶναι τούτοις μόνον. εἰσὶ δέ τινες οἱ κατὰ γένος ὑπερέχοντες, οὐκ ἀξιοῦσι τῶν ἴσων αὑτοὺς διὰ τὴν ἀνισότητα ταύτην· εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν, οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ, καὶ πλοῦτος. ἀρχαὶ μὲν οὖν, ὡς εἰπεῖν, αὗται, καὶ πηγαὶ τῶν στάσεών εἰσιν, ὅθεν στασιάζουσι.
B διὸ καὶ αἱ μεταβολαὶ γίγνονται διχῶς· ὁτὲ μὲν γὰρ πρὸς τὴν πολιτείαν, ὅπως ἐκ τῆς καθεστηκυίας ἄλλην καταστήσωσιν· οἷον, ἐκ δημοκρατίας ὀλιγαρχίαν, ἢ δημοκρατίαν ἐξ ὀλιγαρχίας, ἢ πολιτείαν καὶ ἀριστοκρατίαν ἐκ τούτων· ἢ ταύτας ἐξ ἐκείνων· ὁτὲ δ' οὐ πρὸς τὴν καθεστηκυῖαν πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν μὲν κατάστασιν προαιροῦνται τὴν αὐτήν·
C δι' αὑτῶν δ' εἶναι βούλονται ταύτην· οἷον τὴν ὀλιγαρχίαν, ἢ τὴν μοναρχίαν. ἔτι περὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον· οἷον, ἢ ὀλιγαρχίαν οὖσαν, εἰς τὸ μᾶλλον ὀλιγαρχεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ ἧττον· ἢ δημοκρατίαν οὖσαν, εἰς τὸ μᾶλλον δημοκρατεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ ἧττον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πολιτειῶν, ἢ ἵνα ἐπιταθῶσιν, ἢ ἀνεθῶσιν. ἔτι πρὸς τὸ μέρος τι κινῆσαι τῆς πολιτείας,
D οἷον, ἀρχήν τινα καταστῆσαι, ἢ ἀνελεῖν. ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονί φασι Λύσανδρόν τινες ἐπιχειρῆσαι καταλῦσαι τὴν βασιλείαν· καὶ Παυσανίαν τὸν βασιλέα τὴν ἐφορείαν. καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ δὲ μετέβαλεν ἡ πολιτεία κατὰ μόριον· ἀντὶ γὰρ τῶν φυλάρχων, βουλὴν ἐποίησαν· εἰς δὲ τὴν Ἡλιαίαν ἐπάναγκές ἐστιν ἐπὶ τῷ αὐτῷ πολιτεύματι βαδίζειν τὰς ἀρχάς,
E ὅταν ἐπιψηφίζηται ἀρχή τις. ὀλιγαρχικὸν δὲ καὶ ὁ ἄρχων ὁ εἷς ἦν ἐν τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ. πανταχοῦ γὰρ διὰ τὸ ἄνισον ἡ στάσις. οὐ μὴν τοῖς ἀνίσοις ὑπάρχει ἀνάλογον· ἀΐδιος γὰρ βασιλεία ἄνισος, ἐὰν ᾖ ἐν ἴσοις. ὅλως γὰρ τὸ ἴσον ζητοῦντες στασιάζουσι. ἔστι δὲ διττὸν τὸ ἴσον· τὸ μὲν γὰρ, ἀριθμῷ· τὸ δὲ, κατ' ἀξίαν ἐστί. λέγω δὲ, ἀριθμῷ μὲν, τὸ πλήθει ἢ μεγέθει ταὐτὸ καὶ ἴσον· κατ' ἀξίαν δὲ, τὸ τῷ λόγῳ.
F οἷον ὑπερέχει, κατ' ἀριθμὸν μὲν ἴσον τὰ τρία τοῖν δυοῖν, καὶ ταῦτα τοῦ ἑνός. λόγῳ δὲ, τέτταρα τοῖν δυοῖν, καὶ ταῦτα τοῦ ἑνός· ἴσον γὰρ μέρος τὰ δύο τῶν τεττάρων, καὶ τὸ ἓν τοῖν δυοῖν· ἄμφω γὰρ ἡμίση. ὁμολογοῦντες δὲ [τὸ] ἁπλῶς εἶναι δίκαιον, τὸ κατ' ἀξίαν διαφέρονται, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον·

οἱ μὲν